tis ambulare.vt ſuadet apoſtolus ĩ verbis al-
legatis.in nouitate vite ambulemus.

¶ De eadem dominica.Sermo.ij.

Niſi abunda
uerit iuſticia veſtra pluſq̄ ſcriba-
rum ⁊ phariſeorum non intrabitis
in regnum celorum.Mat.v.Dicit pli.i ſpe.
natu.et Auicēna.ꝙ Simea eſt beſtia lineamē
tis hominis ꝓpinqua.Nam extra habet quaſi
eaſdem manus ⁊ pedes ⁊ poteſt duobus pedi-
bus ambulare ſicut homo.⁊ in lineamentis in
trinſecus etiã ē homini ſimilis ⁊ tñ non eſt hō.
Et eſt indomita quia ipſam oportet ꝑ vincula
vel trunci alicuius obligationē domare.⁊ dele
ctatur in imundis vermibꝰ ſcʒ pediculis quos
deuorat.Et ſm Ambro.in exameron ē leonis
medicina.Nam cum leo infirmat̃ ex induſtria
nature querit ſimeam cuiꝰ ſanguine potatꝰ cō
ualeſcit.apparet homo et non eſt homo.Mo
raliter huic animali ſimiles erãt ſcribe et pha
riſei qui exterius quaſi legis obſuatores ⁊ bo
ni homines apparebãt.intus tñ pleni v̉mibus
malaꝝ intentionũ.Iuxᷓ illud ꝙ ait xp̃s Mat.
xxiij.Oĩa opa eoꝝ faciũt vt videantur ab hoĩ
bus.Nam de ipis dicit Ni.de lyra.ꝙ tempo-
re ieiunij vitulas habuerũt per capita vt appa
reret eos doloreʒ capitis ex ieiunio acq̃ſiuiſſe
per quod notatur eorũ mala intentio q̄ omne
eoꝝ opus damnabat.ſm illud Matth.vj.Si
oculus tuus.i.intentio tua neq̃ fuerit.i.nō eſt
bona.totum corpus tuũ tenebroſum erit.id ē
omnia opera tua nullius ſunt p̄mij ⁊ meriti vel
ſalutis.Ideo dicit Greg°.v.moral.Si ĩ opere
bono intētio recta non tenetur hoc ipm opus
quod bonum creditur amittit.Et patet ꝙ re-
cte erant ſimee.quia ſicut ſimea habet pedes
vt homo nō tamen eſt homo.Sic licʒ ipe habe
bant pedes.i.intentiones non tñ erant huma
ne.quia prudens homo omnia q̄ facit debet fa
cere ad gloriam dei.ſm aplm.i.Cori.x.ꝙ ipſi
non faciebãt.ideo beſtiales ſm animã fiebãt.
Nam dicit Bern.ſup Cant.Si amans turpia
appetit intētio turpis eſt ⁊ fedans faciē anime
⁊ ſpũs.Et ſi honeſta appetit intentio honeſta
erit.Item ſicut ſimea habet manus.ſed nō hu
manas.Sic q̃uis phariſei habebant opera q̄
deſignãtur per manus non tamē erant huma-
na.quia leuia faciebant ⁊ maiora obmittebãt.
Iuxta illud Mat.xxiij.Ve qui decimatis mē-
tam ⁊ anhetum.⁊ relinquitis q̄ grauiora ſunt le
gis.Iteʒ ſicut ſimea gloriatur in exteriori pul
chritudine vt cum induitur interdũ tunica ru-
bea vel viridi.ita phariſei ſolum exteriorē mũ
diciam ⁊ ſanctitatē ad placendũ hominibꝰ ap
petebant nihil de iteriori pulchritudine curã-
tes.ideo dñs aſſilabat eos ſepulcris dealba-
tis q̄ foris apparent hoibus ſpecioſa.itus au-
tem ſunt plena imundicijs.Mat.xxiij.Et ite-
rum ibidem.Ve vobis ſcribe ⁊ phariſei q̄ mũ-
datis qđ deforis ē calicis ⁊ paropſidis.intus aũt
eſtis pleni rapina ⁊ immundicia.Item ſicut ſi
mea polluit os v̉mibus imundis vt pediculis.
Sic ipſi polluebant ora ſua mendacijs cuʒ di-
cebant Matth.xxiij.Si fuiſſemus in diebꝰ pa
trum noſtroꝝ non fuiſſemꝰ ſocij eoꝝ ĩ ſangui-
ne ꝓphetaꝝ.Sed mentiebant̃ in ſanguine do-
mini.oiuʒ ꝓphetarũ facti ſunt rei ⁊ martyres
plures effecerãt ⁊ aplos ꝑſecuti.ideo facti ſũt
cibus leonis infernalis qui circũit querēs quē
deuoret.i.Pet.v.Nr̃a autē opa bona debent
eſſe ꝑfectiora ⁊ abundantiora phariſeoꝝ.Iu-
xta illud Prouer.xiiij.In omni ope bono erit
abũdantia.Ideo dicit h̄ dominꝰ.Niſi abũda-
uerit iuſticia veſtra pluſq̄ ⁊c̄.In quibus v̉bis
p̄ncipaliter tria tangũtur.p̄mo perfectio xp̄ia
norum ibi.niſi abundauerit.ſecundo defectio
phariſeoꝝ ibi.iuſticia veſtra pluſq̄ phariſeo.
tertio clauſio regni celoꝝ.ibi.nō intrabitis in
regnũ ce.Circa qđ notandũ licʒ iuſticia ꝓprie
ſumatur ꝓ virtute qua reddit vnicuiq; qđ ſuũ
eſt.large tamen ſumitur ꝓ bonitate.Nam glo.
ſup illo ad Heb.i.Dilexiſti iuſticiam dicit ꝙ ꝑ
iuſticiam intelligit omne bonuʒ.Et Hieroꝰ ad
demetriadem dicit ꝙ omnes v̉tutum ſpecies
vno iuſticie nomine cōtinentur.Et ſm hoc di-
cit Augꝰ duas ptes eſſe iuſticie.ſ.declinare a
malo ⁊ facere bonum.Et ſic iuſticia diſtingui-
tur ↄtra peccatũ.⁊ ita dñs loquitur hic de iu-
ſticia.vnde ſicut ſunt varia dona gratiarũ dei
ita varij ſunt ſtatus et conditiones hominum
ꝓpter quã varietatem plerũq; accidit ꝙ vnus
in vno ſtatu ſaluatur qui ſi eſſet in alio ſtatu dã
naretur.quia quod ſufficit vni ad ſalutē ĩ vno
ſtatu non ſufficeret ei in alio.ꝓpter quod his
qui ſunt in ſtatu maiori in comparatione mino
rum apte poteſt dici verbum thematis aſſum-
ptum.Niſi abundauerit iuſticia ⁊c̄.videlicet
pluſq̄ minorum non intrabitis in regnum ce-
lorum.Et vlterius taceatur de ſcribis ⁊ pha-
riſeis qui ſunt in lege alia.et de eis tactum eſt
ſupra in arenga.accipiende ſunt comparatio-
nes ĩ lege chriſtiana in qua quidem aliqui ſunt
p̄lati.aliqui ſubditi.quidam religioſi.quidam
ſeculares.alij diſcipuli.alij doctores.et ſic de
alijs.quibus ſingulis in quadam compara-
tione dici poteſt.niſi abundauerit iuſticia vr̃a
pluſquã illorum non intrabitis in regnum ce-

M lorum. Prima igitur comparatio eſt iter pre
latos et ſubditos .quia prelatorum opera de=
bent magis abundare q̄ ſubditorum .ideo di=
cit Hol.ſuper li. Sapi.lec.cxcvj.q quilibet p̄=
latus debet habere quattuor. zelū feruoris et
correptiōis.ſtatum vigoris ⁊ ſupportationis
locū amoris ⁊ cōmunicationis. Primo debet
habere feruoris zelum ⁊ correptiōis . vt ſit ar
dens non tepidus per ignauiam.non fumans
per vanam gloriā. non extinctus per infamiā
Sed ardens tanq̄ columna vt dicatur de ſub
ditis ſuis.illud Sap.xviij. Ignis ardentē co
lumnam habuerūt ducem. In cuius figura di=
citur de Helia Ecci.xlviij. Surrexit Helias q̄=
ſi ignis ardēs.ſ.per ſincerum zelum. Et nota
q aliquādo igni thus adiungitur aliquādo ſul
phur. Quando enī thus admiſcetur cum igne
tota dom⁹ redolet. quādo vo ſulphur adiūgi
tur igni vehemēter accenditur et tota domus
fetore repletur. Sic aliquando moraliter eſt d
plato. Contigit enī quādoq3 q prelat⁹ latera=
les cōſiliarios ſibi aſſumit quaſi perſonas ſul=
phurias ardentes per maliciam et fetentes p
infamiā. Et quando ſic domus plena ē fuma
tione tribulatione et fetore. Iſa.xxxiij. Con=
uertentur torrentes eius in picem ⁊ hum⁹ ei⁹
in ſulphur ⁊ erit terra eius in picem ardentem
die ac nocte. Cunq3 vo contingit q prelatus
conſiliarios ſibi facit laterales de pſonis ſan
ctis ⁊ deuotis ⁊ honeſte fame. ⁊ tunc nulli du=
bium quin tūc tota domus repleatur dulcedi=
ne dilectionis ⁊ ſuauitate pacis que per thus
ſignāt. Et figuratur de tali prelato illud Ecci
l. Ignis effulgens d lateribus ſuis quaſi thus
ardens in igne. Secundo prelatus debet ha=
bere ſtatum vigoris ⁊ ſupportationis vt ſit co
lumna fortiter ſupportans onus ſibi ſuperpoſi
tum. ⁊ de huiuſmodi prelato dicitur Hiere .j.
Dedi te hodie in ciuitatem munitam ⁊ colum=
nam ferream. Quādiu enim columna eſt recta
fortiter ſupportat onus ſuperpoſitū. Sʒ q̄ci=
to incipit incuruari ad vnā partem vel ad ali
am ſtatim fabrica tota cadit. Ita moraliter q̄=
diu prelatus ſeruat rectitudinem ⁊ iuſticiā ſe=
quens iura ⁊ bonā conſcientiā meritorie ſup
portat et exequitur cauſam ſuam. Cum enī de
clinat ad latus propter affectionem vel offen=
ſam nō deprēndo defectus.ſed defectiuos fo
uendo fabrica tota cadit. Nā Judic.xvj. legit
q Samſon duas concutiendo colūnas q̄bus
tota domus innitebatur domum pſtrauit ſe ⁊
omnes qui in ea erant occidit. Iſto modo ē de
diabolo. Affectat enī vnam congregationē de
uotorū ſubuertere ⁊ eos occidere.i. charitatē
ab eis que eſt vita ſpūalis auferre ⁊ vt illud ſa
ciat breuiorem viam non habet niſi columnas
iſtius congregationis concutere ⁊ allidere p
perturbationem et cōmotiones. Iuxta illud
Job.ix. Terrā cōmouet de loco ſuo et colūne
eius concutientur. Ideo refert Petrus come=
ſtor in ſcho.hiſto.ſup Gen.q filius cham noe
ſeptē artes liberales in.xiiij.columnis deſcri=
pſit.quarum ſeptē erant eree ⁊ ſeptem lateri=
cie vt contra diluuium ignis et aque in perpe=
tuū permanerent. In hoc figurans q in prela
tis qui columne dicunt ſufficientia ſcientie de
eſſe non debet. Et ideo ſapiētia dr excidiſſe ſe=
ptem colūnas. Prouer.ix. Quia vbi plati ali=
cui⁹ eccleſie imbuti non fuerint eccleſie fabri=
ca cito ruet. Tertio debet habere platus locū
amoris ⁊ cōmunicationis. vt per beniuolētiā
et bonam affectionem ſubditos habeat et ab
eis ſic habeatur. debet enī haberi ab omnibus
⁊ non a quibuſdam. quia omnibus ⁊ ſingulis
debet eſſe cōmunis. Refert Helinandus in ge
ſtis romanorum de troiano q quodā tempe
arguentibus eū amicis eo q ad infimos erat
nimis affabilis ⁊ vltra q̄ deceret imperatori=
am dignitatē perſonas ſimplices ⁊ priuatas
honoraret. rn̄dit ſe velle eſſe talē imperatorē
pſonis priuatis quales ſibi imperator eſſe pri
uatas optaret. Sic enī Juli⁹ imperator amo=
rem militum ſuorum meruit qui eos non mili=
tes. ſed cōmilitones appellauit. Sicut de eo
narrat Vegecius li.j. de re militari. Idem eſt
in eodem li.iij.c.xviij. Decet q in exercitu bn̄
ordinato tres debent eſſe duces. p̄mus ſecū=
dus ⁊ tertius. Primus autem qui precipuam
habet dignitatē ⁊ poteſtatem debet eſſe in p=
te dextra inter equites ⁊ pedites ⁊ conſilio re
gere ⁊ autoritate vt tam eqtes q̄ pedites poſ=
ſit ad pugnam exhortari. Moraliter ſic prela
tus debet eſſe cōmunis perſona vt maiorib⁹ ⁊
minoribus ſue beniuolentie conſtantiam pſtet
non enī ſemper cum equitibus acquirat hono
rem. neq3 ſemper cum peditibus ſubiectionē
neglecto torpore ſordeſcat. Chriſt⁹ enim in fa
milia ſua.id ē.inter apoſtolos ſic ſe habebat.
Nam aliquando ſuperiorem ſe pretulit. Joh.
xiij. Vos vocatis me magiſter ⁊ domine ⁊ bn̄
dicitis.ſum etenim. Aliquando inferiorem Lu
ce.xxij. Ego ſum in medio veſtri ſicut qui mini
ſtrat. Aliquando equalem ſicut Johānis.xv.
Jam non dicam vos ſeruos ſed amicos meos
Amicitia enī equalitatem requirit. viij. ethi.
Eodem modo prelatus inter ſubditos debet
aliquādo eſſe maior aliquando minor aliquan
do equalis. Minor quātum ad humilitatis re
putationem ſm illud.j. Theſſal.ij. Facti ſum⁹
paruuli in medio veſtri. Equalis q̄tū ad ami=

cabilem ꝯuerſationez. Juxta illud Ecci. xxxij
Rectoꝛem te pꝛepoſuerunt noli te extolli eſto
in illis ſicut vnus ex ipſis. maioꝛ autem ꝙtuz
ad reuerentie dignitatem et autoꝛitatem. Iſta
tria tangit Augꝰ in regula. honoꝛem coꝛã vo=
bis. timoꝛem coꝛam deo ſubſtratus ſit ſub pe=
dibus. circa omnes ſeipm̃ honoꝛuz opeꝝ pꝛe=
beat exemplum cum dicit. honoꝛem coꝛã voƀ
tangit reuerentie autoꝛitatẽ. timoꝛẽ coꝛaȝ deo
ꝛc̃. reputatiouis humilitatem. Sed cum dicit
circa omnes tangit ꝯuerſationis amicabilita=
tem. Dicit eni Ariſ. de animalibꝰ. Coꝛ eſt cõ=
mune a quo omnia alia mẽbꝛa v̓tutẽ ꝛ motum
recipiunt. declinat tamẽ magis ĩ homine ad ſi=
niſtram ꝑtem ꝙ ad dextram ad ſitũ ſuuz. Iſto
modo ꝓlatus eſt ſicut coꝛ in myſtico coꝛpoꝛe a
quo omnes ſubditi recipere debẽt v̓tutez ꝛ cõ
ſolationem ꝛ influentiam ſui motus. Sȝ tamẽ
ad inferos debet magis cõpatiẽdo fauoꝛabili=
Q ter declinari. Quarto debet pꝛelatus hr̃e mo=
tum ꝑdeceſſoꝛis ꝛ infoꝛmationis. boni eni ꝓla
ti et ducis eſt v̓tuoſe ꝓ loco et tempe militare
ꝛ qꝺ ꝑcipit alijs interdũ factis debet adimple
re. Ideo dicit Hieronymus ſuper Exo. Tãta
debet eſſe conuerſatio ꝛ eruditio pontificis et
pꝛelati vt omnes motus ꝛ greſſus et vniuerſa
eius opera notabilia ſimul veritatẽ mente ꝯci=
piat. ꝛ eam toto habitu reſonet ꝛ oꝛnato quic=
quid agit quicquid loqtur doctrina ſit popu=
loꝛum. Et Gregꝰ ĩ paſtoꝛali. Tantũ debet acti
onem populi tranſcẽdere actio ꝓſulis quãtuȝ
diſtare ſolet a grege vita paſtoꝛis. Ideo talibꝰ
dici poteſt hoc verbum allegatum. niſi abũda
uereit iuſticia veſtra pluſ ꝙ ſubditoꝝ. Secũda
comparatio eſt inter religioſos et ſeculares.
R Ad multa eni obligãtur religioſi ad que nõ te
nentur ſeculares. videlicet ꝑmo ad abdicatio=
nẽ ꝓpꝛietatis. ad renũciationẽ ꝓpꝛie volũtatl
ad ꝑpetuam obſeruationẽ caſtitatis vt de ſta=
tu monachoꝛum. Cuȝ ad monaſterium. vbi di=
cit Innocẽ. tertius. Abdicatio ꝓpꝛietatis ſicut
ꝛ votũ caſtitatis adeo annexa ſunt regule mo
nachali ꝙ nec ſummus pontifex poterit cum
his diſpenſare. Et dicit ſanctus Tho. ij. ij. q.
lxxxvj. Uotum religionis reſpicit tria ꝑncipa
liter. ſ. pauꝑtatem continentiam ꝛ obedientiã
ꝛ hoꝛum tranſgreſſio obligat ad moꝛtale reli=
gioſos ſȝ nõ ſeculares. Naȝ ſeculares laici bñ
poſſunt licite tẽpoꝛalia poſſidere. vt. xij. q. j. c.
duo. vbi dicit Hieronymꝰ. Laicis licet tẽpoꝛa
lia poſſidere. ſȝ nõ niſi ad vſum. nihil eni miſe=
rius ꝙ pꝛopter nũmum perdere deum. Item
poſſunt nubere. j. Coꝛi. vij. Si nupſerit virgo
non peccauit. Et etiaȝ tam ſtricte non tenẽtur
ad obedientiam ſicut religioſi. Secundo tenẽ=
tur tanꝙ ad veſtitus aſperitatẽ. ad victus te=
nuitatem. ad abſtinentie fragilitatem. ad oꝛa=
tionum inſtantiaȝ. ad hoꝛarũ canonicarũ fre=
quentiam et ad generalem ſtatutoꝛũ regule et
conſtitutionum ſui oꝛdinis obſeruantiaȝ. ad q̃
omnia ſeculares minime tenẽtur qui tamẽ ali=
as ſi ſm̃ cõmunia ꝑcepta dei ꝛ eccleſie ſuo mõ
in fine xp̃i viuãt ſaluãtur. Si autem religioſus
ſic viueret vt ipi et non abundaret iuſticia ſua
plus ꝙ illoꝝ. iuxta v̓bum domini nequaꝙ in=
trabunt in regnum celoꝛũ. quia dicit Bern̄. in
quadam epiſtola. Clauſtralis quaſi tot floꝛi=
bus v̓nat quot v̓tutibus abũdat. tales iux̄ vir
tutum abundantiã abundãtem accipiũt gloꝛi=
am dicẽte Grego. moꝛal̓. iiij. Quomodo inqt
electis in hac vita eſt diſcretio operum. ĩ alia
quoqȝ vita erit ꝓculdubio diſcretio dignitatũ
vt qui hic alius alium ſuperat in opere. alius
alium ĩ retributionem tranſcendat. Tertia cõ
paratio eſt ĩter doctoꝛes ꝛ diſcipulos. doctoꝛ S
eni in doctrina ſua debet tria attendere. ſ. vt ĩ
ſtruat placeat et ad bene agendum moueat. de
hoc Augꝰ in li. de doctrina xp̃iana. dixit elo=
quens et bñdixit. Ita debere docere neceſſita=
tis eſt eloquentẽ. vt doceat. vt delectet. vt fle=
ctat. deinde addit docere neceſſitatis eſt. dele
ctare ſuauitatis. flectere victoꝛie. Ideo ſi non
docet. quia eſt neceſſitatis regnum celoꝝ non
intrabit. Quarta comparatio ẽ inter pꝛedica=
toꝛes et auditoꝛes. Et ꝑdicatoꝛum opera bo=
na debẽt plus abundare ꝙ auditoꝝ. Quia vt
dicit Gregꝰ nazanzenus ſuꝑ Apocẽ. Munda=
ri pꝛius opoꝛtet ꝛ ſic alios mundare. ſapiẽtez
ꝑus fieri ꝛ ſic alios facere ſapientes. lumen fi=
eri et ſic alios illuminare. ad deum accedere.
et ſic alios ad deum ducere. Sanctificari ꝛ ſic
alios ſanctificare. manus habere rectas et ſic
indigentibus poꝛrigere manus. et quicũqȝ ſic
fecerint regnum celoꝛum merebũt. Quia vt di
cit Gregꝰ in quadam omel̓. Ad regnum eterne
beatitudinis peruenire non valet qui non vult
opere implere qꝺ ꝑdicat̓. Nam cuius vita de=
ſpicitur reſtat vt eius ꝑdicatio contemnatur.
Quinta comparatio ẽ inter ſacerdotes ꝛ lai= T
cos. Et debẽt ſacerdotes plus ĩ iuſticia abun=
dare ꝙ laici. quia ſunt ipoꝝ patres ꝛ magiſtri
vt dicit Gregꝰ. xix. dicẽs. Quis dubitet ſacer
dotes xp̃i regum ꝛ ꝑncipum omniũqȝ fideliuȝ
patres ꝛ magiſtros cenſeri. q. d. nullus. Ideo
ſicut pꝛecellunt dignitate ſic ꝛ ſanctitate ꝛ bo
nitate. Dicit tamen Archidiaconus Guido in
roſario. ꝙ ſacerdotes non tenẽtur eſſe melio=
res ꝙ laici nec vituꝑandi ſunt clerici boni ſi la
ici ſunt melioꝛes. Et ſubdit. ꝛ hoc dico ad vir=
tutem non quãtum ad ſcientiaȝ docendi pꝛedi

candi et faciendi officia eccleſiaſtica et diſtin=
cte diſcernendo articulos ⁊ ad hoc plus tenē=
tur clerici ꝙ̄ laici. Sed ſi in his ſunt inſtructio
res ꝙ̄ clerici non eſt clericis imputanduꝫ dū=
modo ſufficiēter ſunt inſtructi in his .hec ille.
Sexta comparatio inter ꝯtemplatiuos ⁊ acti
uos. Lꝫ enim bona ſit vita Marthe. melioꝛ ta=
men pars eſt marie. quia ipſa optimam ꝑtem
elegit q̄ non auferetur ab ea. Luc. x. Ac ꝑ hoc
plura requirūtur ad vitam contemplatiuaꝫ ꝙ̄
actiuam. Quia vt dicit proſper in de vita con
tēplatiua. Ad actiuā vitā ꝑtinet nulli iniurias
irrogare. Ad cōtemplatiuā ꝑtinet irrogatas
vnanimiter ſuſtinere. Actiu⁹ eni oſtendēdo ꝓ=
ximo opera miſericoꝛdie ſe ab omnibus iniq̄=
tatib⁹ emundat et vitam ſuam bonoꝛū operū
fructibus ditat. Cōtemplatiuus v̄o facultati=
bus ſuis ī vſus pauperum diſtributis ſimul ſe
expoliauit mundo. Et totis viribus ſuis adhe
ret celo. Res mundi mūdo ꝓiecit ⁊ ſeipm̄ xp̄o
deuota mente reſtituit. hec Proſper. Patet ḡ
quomodo plus incumbunt contemplatiuo ꝙ̄
actiuo, ꝓpter quod apte dr̄ cōtemplatiuis. niſi
abūdauerit iuſticia veſtra pluſꝙ̄ actiuoꝝ. Qꝫ
diceret aliquis. cum vita actiua ſit ſancta ⁊ bo
v na ⁊ contemplatiua preſupponat actiuam. Iu
xta illud Grego. vi. moral. Qui contēplatio=
nis artē tenere voluerit vel deſiderat prius ne
ceſſe eſt vt ſe in campo actiōis ꝓbet. quomodo
ergo aliq̄s contemplatiuis a regno dei exclu
ditur cum ſaltem merito vite actiue admittat̄
Ad hoc dici poteſt diſtinguendo de cōtempla
tiuis. Quidam eni ſunt qui vitam actiuā reſpu
entes ad contemplationis faſtigiū ambitioſe
anhelant. Exemplum de nonnullis begardis
⁊ beginis qui laboꝛare reſpuunt ⁊ vitam acti=
uam poſtponentes ad ocium cōtemplationis
conuolare p̄ſumunt. ⁊ tales qui neutram vitā
tenēt ſicut deberēt, ꝓculdubio regnuꝫ dei non
intrabunt. q̄ tn̄ ſi in humilitate vite actiue ſe te
nerent vere ſaluarētur. Ideo dicit Greg⁹. Se
pe qui occupati humanis vſibus bene viuerēt
gladio ſue quietis extincti ſunt. Et illud certe
dicit Iſid. de ſum. bo. li. iij. Utilius eſt per ſim
plicem actionem ire ad vitam eternam ꝙ̄ ꝑ cō
templationis erroꝛem mitti in gehennā. Mul
tos eni dn̄s ex carnalibus ſua gratia viſitat, ⁊
ad cōtemplationis faſtigium eleuat. Multoſ
qꝫ contemplationi deditos, iuſto iudicio deſe=
rit ⁊ lapſos in terrenis deſiderijs derelinquit
Loth in ꝑuerſa ciuitate iuſt⁹ fuit ⁊ in mōte pec
cauit. hec Iſid. Alij aūt ſunt q̄ ī actiua vita, bn̄
exercitati per diuinam gratiam in altum con
templationis ſuſtolluntur. Sed vtriqꝫ vite vi=
ciſſim deſeruientes nunc contemplationi nūc
actioni intēdunt ad inſtar euāgeliſtaꝝ anima
lium. de quibus legitur. Ibant et reuertebant̄
per actionem. De his Bern. Bonuꝫ inquit ac
quirit gradum qui bene miniſtrauerit. melioꝛē
qui bene vacauerit. optimum aūt q̄ perfectus
eſt in vtroqꝫ. Ad hunc gradū ſponſam animā
contemplatricē vocat. Cant. ij. Surge pꝛope=
ra amica mea ⁊ veni. Surge inq̄t ꝯtemplatio=
nis poſtpoſitioue. pꝛopera actionis excitatio
ne ⁊ veni ꝯtemplationis denuo reſumptione. x
Septima comparatio eſt inter ꝑfectos ⁊ ſim=
plices. Perfecti eni tenētur ad omnia cōſilia
vt patet ad abdicationē tempalium. Mat. xix
Si vis perfectus eſſe vade ⁊ vende omnia que
habes et da paupibus. Etiam tenētur ad ꝑfe=
ctam obedientiam maioꝛi. etiaꝫ in his que di=
ſpoſitioni pꝛelati non ſubduntur. Iuxta illud
Matth. xvi. Si quis vult poſt me venire ⁊c̄.
Etiam tenētur ad caſtitateꝫ. Matth. v. Audi=
ſtis quia dictum eſt antiquis non mechaberis
Ego aūt dico. qui viderit mulierem ad concu
piſcendam eam iam mechatus eſt eam ī coꝛde
ſuo. Item tenētur ad dilectionem inimicoꝛuꝫ
non ſolū in affectu ſed etiam in effectu. Mat.
v. Diligite inimicos veſtros. benefa. ⁊c̄. Item
tenentur ad perfectam patientiam. Iuxta illđ
Matth. v. Si quis te percuſſerit ad vnaꝫ ma=
xillam p̄be ei alterā. ⁊ hoc intelligitur ſm̄ p̄pa
rationem animi. Item ad vitandū omnem ſol=
licitudinē tēpoꝛalium. Matth. vi. Nolite ſol=
liciti eſſe. Et iterum. Nolite ſolliciti eſſe de cra
ſtino. Iteꝫ tenentur ad illud. Qui habet duas
tunicas det vnam non habenti. Et plura alia
ſunt in euangelio conſilia ſine quibus ſimpli=
ces boni xp̄iani ſaluātur ſed perfecti ad ea te=
nētur. ideo pꝛecipue poteſt dici ad tales. Niſi
abundauerit iuſticia pluſꝙ̄ imperfectoꝝ. Sed y
diceres. qui perfecti ad hec iam dicta reſtrin=
guntur? Rn̄detur perfecti ſunt in triplici diffe
rentia. Quidaꝫ eni dicūtur perfecti ex ſtatu ⁊
voto ſpeāli vocatione diuina. vt apoſtoli fue=
runt ad perfectionē a domino vocati. De qb⁹
Hiero⁹. Tu qui perfectuꝫ te eſſe pollicitus es
quid aliud quā perfectaꝫ ſectatus es vitā quā
tenere debes? hi ſi ea que perfectionis ſunt ſer
uent, ꝓmiſſiones xp̄i quas perfectis pollicitus
eſt, ꝓculdubio ꝯſequētur. Alij ſunt qui eiſdem
modis vt dictuꝫ eſt ad perfectioneꝫ aſtricti in
eius obſeruatione negligentes vel etiam ficti
exiſtunt. de quibus dr̄ in collatiōe piauionis.
Sunt qui euangelicā ꝑfectionem ſil'ate potius
ꝙ̄ in veritate arripere volunt et humanis lau
dibus ꝓuocati vniuerſis mundi diuitijs xp̄i p̄=
ferunt nuditatem facultatem videlicꝫ mundi.
ſolū ad facieꝫ hominū renunciantes. nequaꝙ̄

mandatis euangelicis ſe ſubmittunt ſed ſuas exercent pro libitu voluntates. ſine dubio talibus dñs perſtringit viam ad domū ſuaꝫ dicēs niſi abundauerit. Tertij ſunt qui ſancto ⁊ ſimplici ꝓpoſito ex deuotione ſtudent ſe conſilijs euangelicis q̄ɫtum poſſunt dei adiutorio ꝯformare. non reputantes ſe perfectos ſed ꝑfectionem attingere in ſpū humilitatis cupientes. hi ꝑfecto ſi non omnia que perfectionis ſunt impleant credo hac ſentētia dñi eos non percelli quinimo ſtudio ſuper erogationis eos in retributione a domino p̄miari. Ideo de illis qui ſibi ſtatū vendicauerūt perfectionis nec in eo vt debuiſſent tenuerunt. patet quomodo a regno celorum iuxta v̄bum dñi excludunt̄. hi autem qui in ſimplicitate vixerunt quomodo ad regnum celoꝝ perducuntur. patet in vitaſpa. vbi legitur. Quidam frater in heremo querēs videre exitum anime iuſti ⁊ peccatoris diuino nutu lupo duce venit ante quandā ciuitatē vbi erat monaſterium in quo erat quidam ſolitarius habens magne perfectionis nomen qui iacebat īfirmus expectās horaꝫ mortis ſue. frater ille vidit multam p̄parationem fieri cereorum ⁊ lampadaꝝ ꝓpter ſolitarium illum q̄ tāte reputationis habebat̄ q̄ſi per ipm̄ dominus ſaluaret ciuitatem ⁊ eo moriente omnes ꝑituri eſſent. facta autem hora exitus ipſius vidit frater ille tartareum quendam inferni deſcendentem ꝓpter ſolitarium illum habētē tridētem igneum. Et audiuit vocem dicentē ſibi q̄ſi a deo. Sicut aīa iſta nō ꝑmiſit me ī ſe quieſcere vna hora. Sic nec tu miſeriaris eiꝰ euellēs animam. Ponens ergo tartareus ille tridentem in corde ſolitarij et per multas horas torquens eum abſtraxit animam eius. Poſt hoc ingreſſus ille frater ciuitatem inuenit hominē ꝑegrinum iacentē egrotum non habentē q̄ eiꝰ curam haberet ⁊ manſit cuꝫ eo vno die. Et cū veniſſet hora ſui exitꝰ vidit frater angelos gabrielem michaelem. vnum a dextris. ⁊ alium a ſiniſtris infirmi. rogabantq́ꝫ animā infirmi vt egrederetur ⁊ nō exibat quaſi noleus derelinquere corpus ſuum. dixitq́ꝫ Gabriel ad michaelem. Aſſume tibi animā iſtaꝫ iam eamus. Cui Michael. iuſſi ſumus a domino vt ſine dolore eijciatur. ideoq́ꝫ non poſſumus cum violentia eam euellere. Exclamauit ꝰ voce magna Michael dicens. Domine q̄d vis ō anima hac qꝛ non acquieſcit nobis vt egrediatur? Tunq́ꝫ deſcendiſſent omnes angeli in circūitu anime illius cum canticis et hymnis venit vox dicens. Ecce mitto Dauid cum cythara ⁊ omnes pſallentes vt audiens vocem ipſorum egrediatur anima iuſti huius. Cum auteꝫ deſcendiſſent cū cytharis et cymbalis cantum angeloꝝ concinentes ſancta anima cuꝫ gaudio exiliens ſedit in manibus ſancti Michaelis. ⁊ aſſumpta eſt cum gaudio magno in celum. Ecce quomodo anima illius ſolitarij qui perfectiſſimus ī opinione hominum reputabatur. quia non abundauit iuſticia eius vt debuit. ideo a regno celorum excluſa tartareis tortoribus tradita fuit. Anima vero ſimplicis peregrini cui pro ſtatu ſuo ſuffecit iuſticia ſua ad regnum celorum cū magna deducta fuit leticia. Quod et nobis p̄ſtare dignetur.

¶ Dominica ſexta poſt trinitatis. Sermo tertius.

Audiſtis quia

dictum eſt antiquis non occides. q̄ autē occiderit reus erit iudicio. ego aūt dico vob. oīs qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio. Matth. v. Olla cum in ſe ē plena aqua ⁊ in ſe aliquid habeat non emittit. ſed in ſe claudit ⁊ cuſtodit. Si autē ad ignem ponat̄ ⁊ feruere incipit q̄cquid intus latuit etiam minimum ſurſum mittit ⁊ ſi que feces in fundo latebant ſupernatant. ⁊ ſimul pinguedo cuꝫ fecibus exalant. Moraliter per ollam intellige hominē ꝓpter materiam. quia ſicut olla fit de terra ſic ⁊ homo. Iuxta illud Eccū. iij. Homines de terra facti ſunt ⁊ in terram ꝑiter reuertunt̄. Ideo dicit apoſtolus. j. Cori. xv. Homo p̄mus de terra terrenus. Per aquā aūt intellige dona ſpūſſancti. Iuxta illud Ioh. vij. Qui credit in me flumina de ventre eius fluēt aque viue. quia de memoria credentis ꝓcedent dona ſpūſſancti. Sed ꝑ ignem ītelligitur inuidia ira Iuxta illud pſ. lvij. Supcecidit ignis ⁊ nō viderunt ſolem. Modo ad ꝓpoſitum quando homo ad inſtar olle eſt plenus aquis videlicet donoꝝ ſpūſſancti tūc nō emittit a cordis fundo q̄cquid ſit malum de ꝓximo ſuo. Sꝫ ſtatim cuꝫ poſitus fuerit ad ignem ire accēdit̄. Quia ira eſt accenſio ſanguinis circa cor. iiij. Ethi. Tunc ſtatim quid ſcit mali vel infamie ꝓximi totum ore ꝓfert q̄ɫtumcunq́ꝫ illud ſit nociuum ⁊ omnes feces et blaſphemias et iniurias que tempe quietis tacebat in corde non ſolum ore ſed omnibus membris ira durante pandit. Et ſicut etiam olla feruens cum fecibꝰ ſimul emittit pinguedinē. Sicq́ꝫ homo iracundus ſimul cum veris falſa emittit ꝓdit ſiue promit. Ideo dixit Iob. xl. De naribꝰ eius procedit fumus ſicut olle ſuccenſe. ⁊ quid per fumum qui ledit oculos hominum niſi verba turpia ⁊ blaſphe-